



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Annona.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Ἰησοῦντων legi, quam literam nostri secuti sunt, sed apud Hebræos vocabulum esse, quod ajunt signifi- ficare Sidonios, populum Judæis semper infestissimum: venatores enim Sidonii, inquit Adamantius. Neque ignoravit hoc Maro noster, apud quem Venus mater Æneæ filio:

Æn. lib. 1.

— Media sese fert obvia sylva,
Virginis os habitumq; gerens & virginis ara Spartana.
Namq; humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatq; comam diffundere ventis,
Nuda genu, nodosq; sinus collecta fluentes.

Curque hoc venatricis habitu incederet, causam mox infert:

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram
Purpureoq; alce furas vincire coturno.

ANNONA. CAP. XLI

Venationis hieroglyphicum.

Quinetiam ipsa venationis locutio aliquid præ se fert hieroglyphicum: siquidem venatio tum victum, tum annonam, & quicquid in humanæ vitæ usum comparatur, significare dicitur. Venatui enim primæ ciborum delicia comparatur. Quare videas locum Psalmographi: *Vidiam ejus præcipuè benedicam*, quod in antiquis Græcorum exemplaribus Ἰησῶν, non χησῶν, legitur, quod venationem significaret: ex qua locutione Theologi omne ciborum genus quod ad pulpamenta comparatur, accipiendum dicunt. Nam & qui Hebraicam lectionem sequuntur, aliquid simile deprehendere, cum pro, *Vidiam ejus benedicens benedicam; annonam illius*; alii, *præcipuè benedicam*; alii, *amplificabo, copiosissimamq; faciam*, reddiderunt.

DOLI OCCULTI. CAP. XLII.

Hinc in laqueum inducere, & illud Platonis in Sophista, baud facile esse omnes laqueos effugere, id est omnes dolos.

Τὰς ἀπίσους παρὰ διὸν εἶναι Διὸς φεύγειν.

Sed ut ad laqueum revertamur, id instrumenti occultos dolos & calliditatem, insidiarumq; insidiat cogitationes. In occulto enim tendi solent insidiæ, quemadmodum & laquei, & in ejusmodi sententia à fatidico vate Davide positum invenias. Idem alibi mortis laqueum memorat, pro morte per insidias intententata. Nam quod laquei venatoribus adversus feras id insidiæ in hostes præstant. Dubio procul enim ubi in Psalmo legitur, *Laqueum paraverunt dolos omnino significat Eucherius. Atque alibi in iisdem sacris literis de meretrice legas, vinculum in manibus ejus de vitiiis: Dirampimus vincula eorum, & præficiamus à nobis jugum ipsorum, ut contrito laqueo liberemur.* Nam hæc quamdiu rupit Samson, inimicos vicit.

DE CATENA.

APERTA VIS. CAP. XLIII.

Catena vero vim apertam significat, quia victis palam catenæ injiciuntur, neque ullam exiguam occultationem.

VITIA. CAP. XLIV.

Theologi nostri veteres catenas vitia significare contendunt: quod vitia se invicem gignere, atque arctissime complecti consuevere. Nam qui de moribus disputant, necesse ajunt multa illi inesse vitia, in quo vel unum tantum fuerit in conspicuo: usque adeo peccatum esse transire lineam, finire. Sic è manibus Petri Apostolum principis catenæ ceciderunt: sic illi solvendi jus divinitus attributum. Hoc tamen significato juniores libentius dixere.

CON-